



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XXVI. De officio Sacrista siue Thesaurarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

neris namque & officij sui erit, ut singuli Ecclesie Mini-
 stri ab eo Caremoniarum vsu ac disciplinam rite
 percipiant in omnibus peragendis, ac propterea be-
 nigne singulos in Ecclesiastica disciplina instruens
 omnibus suam prestabit operam: neque cuiquam pri-
 mitias suas celebrare liceat nisi Decano, Pastori, aut
 Superiori, cui subest testimonio Caremoniarum debite
 probauerit, se in Sacris Missae ritibus esse eruditum at-
 que versatum, & Caremonias omnes ad vnguem in-
 telligere.

§. 17. Errata, in ipso actu (si qua contingunt) vel
 modestè, ac leniter corrigat, vel silentio, maximè si
 fuerint leuia, transeat, ne fortè magis præco erroris
 quàm corrector appareat.

TITVLVS XXVI.

De Sacristia Prefecto qui in Collegiatis alijsque
 Ecclesijs Thesaurarius dicitur
 solet.

1. Sacristiae munus, inter alia Ecclesiastica mi-
 nisteria nequaquam minimum est, ac prop-
 terea in eo eligendo loci superior attentè confi-
 deret, ut ijs; qui eligitur, sit in sacerdotali ordi-
 ne constitutus, quique rerum sacrarum & Eccle-
 siasticarum vsu, & scientiam habeat, & recog-
 noscat, qua cura, & studio Ecclesiastica suppel-
 lex custodienda sit, quoue ordine atque tempore
 ea vtendum sit, adhibito Clericorum & inser-
 uientium ministerio.

2. Præcipuum eius munus erit, vt Sacrosan-
 cta Eucharistia in Tabernaculo clauibus fidei
 obseruato decenter cum luminibus accensis con-
 seruetur, & singulis saltem quindenis, renoue-
 tur: ad infirmos debita cum reuerentia & hono-
 re deferatur, & ea quæ ad cultum eius spectant,
 ditidè & honestè conseruentur. Curet etiam vt
 Carem. Episo. lib. 1. cap. 6.
 Carem. Episo. lib. 1. cap. 6.

R ;

sacrum

at, & reuerente
 nisi vehens,
 liuina officia so-
 tio quadraginta
 ntum, aut pro-
 huiusmodi que
 ta cum superio-
 uari, iuxta for-
 os sed etiam su-
 em instruat; si
 is prabeat, &
 aliquo priua-
 ecenter ordina-
 oribus non pet-
 eat, nisi prius a
 & caremonij
 a defert librum
 a ad Altare, ne-
 em ad Creden-
 mitris ad ali-
 presbyterio.
 spectat, omnes
 e operam, vt
 tur vel pertur-
 vt pari passu,
 nes ac singuli
 iteratione, si
 e eodem ritu
 tatis Rubricis
 erint, vt quan-
 n ac benigne
 Ecclesiasticis
 qui à tradita
 qui neglexe-
 neatur, cum
 r. Vt quod
 troduci aut
 te introdu-
 tur, vel pri-
 struat, mu-
 ner.

facrum oleum infirmorum in vase ab alijs separato, custodiatur, illudque solum ab alijs scitum ad vngendos agrotos deferatur.

*Carem. Epif.
lo. o citato.*

3. Idem circa sacras Reliquias curet, vt scilicet fideliter, honorificè, & in loco tutissimo asseruentur.

4. Olei sancti vascula, cum sacris oleis in Ecclesie aut Sacristie loco honesto, apto, & decenti, nunquam tamen in loco in quo SS. Sacramentum asseruari solet benè custodiantur: Item Calices, Pyxides, omniaque vasa sacra diligenter in suis armarijs reclusa seruentur: Vestimenta item Sacerdotalia, vniuersaque Ecclesiastica suppellex non solum facta, & integra, verum etiam mundissima, conseruentur, nec patiarur vt ab alijs Ecclesijs, si non in pretiosa supellectile; saltem in ornatu, nitore, & diligentia, superetur.

*Carem. Epif.
loco citato.*

5. Aquam benedictam singulis diebus Dominicis, vel etiam sæpius, si opus sit, renouet: adhibitis ad benedictionem superpelliceo & stola violacei Coloris, nisi fiat in Dominica ab ipso Celebrante benedictio huiusmodi, quia tunc Stola Celebrantis sic coloris officio diei convenientis, vt dictum est, supra.

6. Item curet vt Ecclesia ab omni eius parte, tam in pavimento, quam in parietibus, columnis, fornicibus, ac laquearibus ad singula eius facella, pulpita, confessionalia, altaria, & alia id genus semper munda sint, præsertim a puluere, telis aranearum, & ne per iniuriam sordescant, aut pereant.

*Carem. Epif.
loco citato.*

7. Studeat quoque vt cum diuina celebrantur officia nihil desideretur eorum quæ necessaria sunt tam ad Altare quam ad Chorum & alia, ne in ijs perquirendis & expectandis in decenter, & incommodè tempus consumatur,

s. Quid-

Carem. Epif.
loco citato.

8. Quidquid ad Campanarum sonum spectat, ipse curet exequendum scilicet matutinas, vespertas, Missam, alias horas Canonicas, salutationem Angelicam, & alia huiusmodi secundum vniuscuiusque Ecclesiae laudabilem consuetudinem, ac rationem temporis & festorum.

9. Eiusdem muneris est Missarum celebrandarum seriem praescribere, pro quibus bene disponendis & ordinandis habeat in Sacristia Tabellam, in qua omnia nomina Sacerdotum sint descripta, & si commodè fieri possit, omnibus propria sit hora assignata, quae per vices mutetur, ita vt non semper eidem eadem hora contingat, ac quilibet eorum in Altari, ad quod fuerit adscriptus, celebret: diligenter aduertens, ne alicuius incuria definitus ab eo ordo turberetur, neque plus quam decet Missarum celebrandarum ordo retardetur, neque simul Celebrantes concurrant; nisi fortè graui necessitate. Habeat etiam librum in eadem Sacristia, in quo Missarum celebrandarum obligatio describatur, sicut & annuaria, si quae sint celebranda temporibus suis in dicto libro, vel alio habeat, vt omnibus benefactoribus satisfiat.

Carem. Epif.
lib. 1. c. 6.

10. Expedi quoque vt Sacristia habeat praeterea librum vnum pro Sacerdotibus celebrantibus, in quo manu propria notent subscribantur singuli Sacerdotes, qui vnoquoque die in Ecclesia Missae sacrificium fecerint.

11. Praeterea alium etiam habeat librum, in quo nomina mortuorum qui ibi sepeliuntur vna cum die depositionis, & loco sepulturae notentur.

12. Nullum presbyterum vagum, peregrinum, & ignotum sine commendatitijs Episcopi Diocesisani Ordinarij, aut eiusdem Vicarij generalis ad Celebrandam Missam admittat.

XXVII.
ab alijs sepa-
tib alijs seiu-
atur.
curet, vt sci-
o rutiſſimo af-
tis oleis in be-
pro, & decen-
uo SS. Sacra-
odiantur: I.
sacra diligen-
atur: Velli-
rsaque Eccle-
, & integra,
nentur, nec
on in pretiosa
e, & diligen-
iebus Domi-
nouer: adhi-
& stola vio-
b ipso Cele-
ia (tunc Stola
onuenientis,
ni eius parte,
ous, colum-
singula eius
ria, & alia id
a puluere,
sordescant,
na celebra-
quae neces-
rum & alia,
in decenter,
s. Quid-



13. Caucaat etiam ne sacerdotes sine habitu decenti, & corona sufficientis magnitudinis in capite celebrent. Nec permittat eis vt aperto collarum celebrent, neque calceis luteolis ad Altare accedant, & idem in Sacristia debet esse pannus attritus quo sacerdotes calceos luteolos curent diligenter extergi, vel potius semper sint crepidæ in Sacristia paratæ tam pro ijs, quàm pro regularibus qui calceis non vtuntur.

14. Curer, vt in vase aquarum ex solido lapide, ad abluendas Sacerdotum manus, in Sacristia nunquam deficiat aqua munda, & hinc inde ex instrumento tornatili pendeant manutergia munda pro abstergendis manibus Satis probanda hoc loco videtur, & vbi commodè fieri potest, etiam imitanda eorum consuetudo, qui distincta ante, & post celebrationem manutergia apponunt, vnum quod sit vsui ante, & aliud post Missam, quod sit ex mundioribus, notando ad instrumenta quibus appenduntur in schedula et verba *Ante Celebrationem & post Celebrationem*. Aliud etiam potest apponi alio loco distinctum eum sua inscriptione pro Ministris, & si fieri potest aqua lotionis manuum Presbyterorum post Missam effundatur in Sacrarium, aut alium locum separatum & honestum.

15. Procurer etiam vt in eadem Sacristia loco congruo sint duo loca accommodata, quo Sacerdotes ante Celebrationem se præparent, & peracto Missæ Sacrificio se colligant, gratiarum actioni operam dantes, adapterur in eis scabellum ad procumbendum ante propositam Crucifixi effigiem, vel aliam piam imaginem.

16. Adsit præterea tabella, in qua Orationes præparatoriæ ante Missam, & gratiarum actiones post Missam descriptæ sint.

17. Habeat etiam in promptu genuflexoria cum

um cussinis & tapetibus, quæ coram Prælati-
& principibus viris apponi possint cum ad Ec-
clesiam accesserint.

18. Cum sacras Reliquias ex armario deferat
ad Altare, vel reportat ad loca sua, sit superpelli-
ceo cum stola paratus, vel etiam Pluviali, si sit
consuetudo, coloris convenientis, & duo Cleri-
ciorum superpelliceis induti, vel saltem vnus
cum cereis accensis.

19. Si deferendæ sunt Reliquiæ pro officio
diuino ad Altare, id fiat hora commoda iuxta lo-
corum consuetudinem, & in Altari duo saltem, si
fieri possit, cerei ardeant, vel lampas aut plures.
Et cum armarium aperitur vt sacra Reliquiæ ibi-
dem tantum populo ostendantur, accendantur
prius duæ candelæ, ac si eas contrectaturus est
superpelliceo & stola prius induatur.

20. Quotidie ab ea hora qua prima celebra-
nda est Missa, in Ecclesia præsto sit ad omnia, nec
inderecedat, nisi prius omnibus illius diei Mis-
sis absoluitis, & si rationabili ex causa eum abesse
contingat, de superioris licentia alium idoneum
ministrum, in sui locum substituat.

ANNOTATIONES.

§ 1. Officium Sacristæ, ab officio Cæremoniaris
prorsus distinctum esse debet, ne mutuo sese impe-
diant, est magnæ dignitatis, fidelitatis, & laboris, ipsi
enim cultus diuinus committitur, & eius probitati
relinquitur totius Ecclesiæ thesaurus videlicet SS.
Eucharistiæ Sacramentum, ac eius fidelitati commen-
dantur omnes res sacra, vasa, ac supellex Ecclesiæ.

§ 2. Sacrista potest dari coadiutor vnus, vel plures
qui in hisce partibus vocari solent Custodes, aditu
sive Campanarij quorum officium est aperire, vel
claudere fores Ecclesiæ suo tempore, concinnare
lampades preparare ampullas vinum & aquam, con-
ficere hostias, campanas pulsare, necessaria pro Missa
solemni, siue priuata preparare & alia huiusmodi per-
agere, quibus forte Sacrista vacare non potest.

R 5

§ 3. Quia

§. 3. Quia autem Custodes siue Campanarij Ostia-
riorum in Ecclesia munus gerunt, ac pleraque obire
tenentur, quæ vetus Ecclesia, nullis nisi in minoribus
Ordinibus constitutis agere permisit vt Sanctorum
Ordinum functiones in vsum iuxta Sacros Canones
reuocentur, nec ab hæreticis tanquam otiosa tradu-
cantur, & homines laici leues, nulloque rerum Eccle-
siasticarum imbuti à ministerijs Ecclesiasticis arcean-
tur, cura deberet esse illis ad quos pertinet, vt ad Ostia-
riorum, Custodum, Aedituorum, seu Campanariorum
ministerium non alij admittantur, quam Deum ti-
mentes, religiose pij, honestæ vitæ, non tabernarij non
infames, non bigami, non aliquod officium sordi-
dum exercentes, aut tonsura Clericali non insigniti,
sed Clerici boni nominis & famæ, honestæ etiam con-
uersationis, & cantus choralis periti.

§. 4. Barbam aut comam indecentem dicti Aeditui
non nutriant, sed tonsuram ac habitum gestent Cleri-
ricalem, & cum ministeria sua exhibent, mundis su-
perpelliceis semper induti esse debent.

§. 5. Ostia Ecclesiæ diligenter custodiant, eaque
debitis temporibus aperiant, ac finito diuino officio
mox claudant maximè si templa in quibus seruiunt,
eo constituta sint loco vt compendij gratia quasi per
plateam publicam publicus per eam transitus irreue-
renter fiat, aut non tam orationis, quàm profanæ de-
ambulationis causa, conuenire eò homines so-
leant.

§. 6. Nullos ementes aut vendentes in propylæo
Ecclesiæ, aut præ illius foribus proprius quàm deceat,
Christi exemplo patrantur; & maximè eos hinc abi-
gant qui vinum vendunt adustum, aut alia per quæ ho-
mines à frequentatione Ecclesiæ auocari solent.

§. 7. Cœmiteria ab omni spurcicie & immundicia,
Sancta custodiant, caueantque ne quid in eis in-
decere fiat.

§. 8. Canes, porcos, aliasque bestias à domo & aula
Sancta Dei perpetuo arceant, ac mox si quando illam
ingressæ fuerint, eieiant.

§. 9. Prophanas deambulationes, risus, rixas, incon-
dita & irreligiosa colloquia, inuerecundas & impor-
tunas eleëmofynarum emendicationes, & quæcum-
que orationis aut concionis tempore, Sacerdotum aut
populi animum in diuersa trahere possunt, pro virili
sua parte & domus Dei zelo, prohibeant.

§. 10. Ab

§. 10. Ab omnium sordium genere Ecclesiam semper mundam tueantur, impedimenta quaecumque ex eadem reponant, quotannis minimum ter, omnes parietes, omnesque fenestras vitreas, sacras imagines, columnas, altaria, eorumque fornices, lacuaria atque tegumenta perpetuâ curâ ab omni pulvere & aëreanearum telis liberent.

§. 11. Varietas & distinctio colorum in sacrificio Missæ, aliisque diuinis officiis adhibendorum non pro custodum voluntate varietur, sed iuxta usum Romanæ Ecclesiæ in Rubricis præscriptum mutetur.

§. 12. Diligentissimè curent, ut ne venerabiles ac pretiosæ Sanctorum Reliquiæ vilescant, ac sine cultu iaceant, vel irreuerenter ab aliquibus tractentur; sed nec ipsi id faciant, neque eas aut sacros calices, patenas, aliaque sacra vasa, corporalia, purificatoria, nisi in sacris ordinibus constituti fuerint, attingere audent: ne temeritate sua, iram Domini super vniuersum populum inducant.

§. 13. Quodcumque quis sacrificaturus est, signo campanæ id populo indicent, altare patent, cereos accendant, cæteraque in Sacrificio Missæ necessaria præparent: Sacerdoti quoque in tempore idoneum ministrum accersant, aut si is haberi poterit, aut in administrando non rectè suo fungatur officio; ipsi metum Sacerdoti administrant.

§. 14. Casulas, quibus Dalmaticæ aliquæ correspondent, ad alias Missas, quæ sine Diacono & Subdiacono celebrantur, non exponant; ne crebriori usu inter se dissimiles fiant; & dalmaticis integris, casulæ detritæ, & consumptæ sint.

§. 15. Absoluto Sacrificio, cereos extinguant, altare contegant, omnia quæ apportauerant portent, suis locis singula restituant. Vestes sacras, non quidem tumultuario, sed seruata plicandi arte ac ordine, debito modo conuoluant, & in vestiario, sine offensione, suauiter reponant.

§. 16. Hostias, in singulos saltem menses nouas, recentes, pulchras, & integras habeant, ac eas quæ elapso mense superfuerunt, consumant. Vinum autem semper purum sit, ac tanto dignum mysterio ac conueniens; non acetosum, non corruptum, vel nimis aquosum, aut à natura sua deficiens. Ne quod in eis, corporisque refectioni abominabile esset, atque voluptatis

posset esse remedium, id sacrificijs, ad placandum Dominum exercituum, satis bonum, præstans ac genere ipsum habeatur.

§. 17. Aquam etiam in vsus Sacrificiorum limpidissimam semper habeant, quotidieque recens haustam; non in lauacro, aut sirula, unde immergendo vitæolos aut ampullas hauriatur; sed in mundissimo & decenter cooperto angustiori poculo. & hinc duntaxat vsui seruiente, ex quo in ampullas fundatur.

§. 18. Aquam lustralem singulis septimanis in aquiminarijs & amulis renouent; aquiminaria & amulas mudent & ne quis faciem, manus, vel aliud quidquam in his abluat, prohibeant.

§. 19. Candelabra ac reliqua omnia, ænea, ac stannea vasa & ornamenta, bis minimum quotannis, ab omni squalore, ac rubigine accurate expurgari faciant.

§. 20. Nunquam Domum Dei vel mudent, vel exornent nec aliquid quod tumultum in ea fecere posset faciant; nisi cum finito diuino officio fores templi clausæ esse solent.

§. 21. Horologia sua rectè dirigant, totius enim rei publicæ plurimum interest accuratum temporis haberi rationem.

§. 22. Manè, meridie, ac vespèri ad innouandam incarnationis, ac passionis Dominicæ, campanæ maioris pulsus dent signum. Idem facere debent ad eleuationem corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi sub summo Sacro.

§. 23. Cum corpus Dominicum ex tabernaculo proferendum erit, vel aliàs aliam ob causam Tabernaculum Venerabilis Sacramenti aperiendum, non ipsi hoc faciant, multò minùs à mulieribus fieri debet vt in multis Parochialibus, alijsque Ecclesijs cum scandalo fieri solet, sed duntaxat Sacerdotes aut ad minimum qui in sacris ordinibus sunt constituti.

§. 24. Quando tempore diuini officij Christi fideles munera sua ad altare offerunt, non ea mox à facta oblatione auferre debent, sed peracto diuino officio, ac tum fideliter in Gazophylacium Ecclesiæ mittant, aut ijs quibus ea tradere tenentur tradant.

§. 25. Ad recipiendas ad Altare fidelium oblationes, quæ vel stationum, vel alio quouis tempore offerri solent: nusquam, ne in monasterijs quidem aut Collegijs Virginum, femina præficiatur, aut etiam in Sacristia munus Custodis obeat.

§. 26. Quando Christiano more cerei, aut candelæ à Christi-fidelibus offeruntur, & ad declarandam suam in Deum voluntatem, vt sint in holocaustum accenduntur: non eos vel ad priuatos vel ad alios, quàm à populo offeruntur vsus auferant. Sed quod offerentes volebant, ad consumptionem suam ardere sinant, ne cadant in peccatum puerorum filiorum Heli, de quibus dicit Scriptura, *Quod erat peccatum eorum grande nimis coram Domino quia detrahebant populum à Sacrificio Domini.*

§. 27. Nihil vnquam ex Ecclesiæ ornamentis aut thesauris, aut quacumque supellectile Ecclesiastica extra Ecclesiam efferant, aut alijs ad ornandam Ecclesiam suam dent mutuum, citra consensum superiorum suorum.

§. 28. Omnia & singula, quorum cura ac custodia eis credita est, quemadmodum iureiurando tenentur, fideliter seruent, atque custodiant ac fidelitatis suæ quotannis minimum semel, iuxta Ecclesiæ inventarium seu repertorium faciant fidem.

§. 29. Quotidiè ab ea hora quâ prima Missa celebranda est in Ecclesia, præsto debent esse ab omnia, nec inde recedere, nisi prius omnibus illius diei Missis absolutis, & si rationabili ex causa eos abesse contingat, de superioris licentia alium idoneum ministrum in suum locum substituunt.

§. 30. plura adhuc de sacra, Custodibus, Campanarijs seu Aedituis in diuersis locis huius operis dicta sunt, quæ hic commodè repeti non potuerunt ob eorum multitudinè, & varietatem.

TITVLVS XXVII.

De officio Organista.

I. **Q**icumque ad fungendum officium Organistæ in Ecclesia assumendus est, is bonis moribus præditus, & artis pulsandi organa peritus esse debet, & vbi Ecclesiastici periti inueniuntur laicis præferendi sunt, si tamen Ecclesiasticus

*Cerem. Epif.
lib. I. cap. 38.*

R 7

siasticus